Universitätsbibliothek Paderborn

Historia Scholastica Magistri Petri comestoris sacre scripture seriem breuem nimis [et] obscuram elucidans

Petrus <Comestor>

Argentine, 1503

VD16 P 1829

De [con]tinuatione historie. ca. lv.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30892

Visual Library

in omni gente qui timet deū ⁊ operat̄ iuſti-
ciam:acceptus eſt illi. Vos ſcitis ꝙ ioānes
ꝑdicauit ieſum a nazareth.ſcitis etiā ꝙ factū
eſt verbū.id eſt.ꝑdicatio euangelij per vni-
uerſam iudeā. incipiens a baptiſmo ioānis
quo baptizatus eſt ieſus. poſtea proſequēs
quō vnxit eum deus ſpiritu ſancto ⁊ virtute
qui ꝑtranſijt benefaciendo ⁊ ſanando oēs
a diabolo oppreſſos. Et nos teſtes ſumus
omniū q̄ fecit in regiōe iudeoꝝ. ⁊ ꝙ eū ſuſpē
derūt in ligno: ⁊ tertia die ſuſcitatum a deo.
Cuius nos teſtes ſum⁹ qui manducauim⁹
⁊ bibim⁹ cū illo poſtq̄ reſurrexit a mortuis.
quib⁹ precepit ꝑdicare populo ⁊ teſtificari.
quia ipſe eſt qui ꝯſtitutus eſt a deo patre iu
dex viuoꝝ ⁊ mortuoꝝ. quia pater dedit illi
oē iudiciū. Nec nos solū:ſed etiā omnes
prophete illi teſtimoniū perhibent. q꞉ oēs
per nomē eius remiſſionē peccatoꝝ accipi-
unt qui credunt in eum.

Qꝛ baptizauit cornelium ⁊ eos qui
cum eo erant.

Capl'm.LIII

Adhuc loquente

a petro ṽba hec.cecidit ſpiritusſan
ctus.⁊ deſcendit repente ſuꝑ oēs
qui audiebāt verbū. Utrū aūt in igneis lin
guis vel in alia ſpecie viſibili deſcēderit:in-
certū eſt. Et obſtupuerūt q̄ erant cū petro fi
deles de circūciſione:q꞉ etiam in nationes.
id eſt in gentiles gratia ſpūſſancti effuſa eſt.
Audiebāt eīm eos loq̄ntes linguis ⁊ magni
ficantes deū. Tunc r̄ndit petrus Nunquid
aquā quis ꝓhibere pōt vt non baptizent̄ hi
qui ſpiritū ſanctū acceperunt ſicut ⁊ nos. qd̄
maius eſt q̄ baptizari.Et iuſſit eos baptiza
ri in noīe chriſti:ſubticens formaꝫ baptiſmi
a dn̄o traditā ꝓ dilatatōe noīs chri. In quo
noīe intelligit̄ ipe q̄ vnct⁹ eſt.⁊ pr̄ a q̄ vnctus
⁊ ſpūſſanctus q̄ vnctus eſt. Tūc rogauerūt
eū. Et māſit rogat⁹ cū eis aliq̄t dieb⁹. in qui
bus p̄mo credit̄ vſus fuiſſe cibis gentiliuꝫ.
vnde poſtea redargut⁹ eſt. Dilatatumq꞉ eſt
vbiq꞉ ⁊ delatū vſq꞉ ad fratres q̄ erāt i iudea.
q꞉ gētes recepant verbū dei. Et hic fuit pri-
mus trāſit⁹ ꝑticularis apl'oꝝ ad gentes in q̄
ꝯuerſus eſt cornelius cū familia ſua.

Quomodo redargutus eſt petrus
a chriſtianis.

Capl'm.LIIII.

Cum autē aſcen-

diſſet petr⁹ hieroſolymā.diſcepta
bāt aduerſus eū fideles d̄ circū-
ciſione dicētes. Quare introiſti ad viros ꝓ-
putiū habētes. et manducaſti cū illis.quaſi
diceret. In duob⁹ cōtra legem feciſti.q꞉ in-
traſti ad eos.⁊ quia cibis eorum cōuſus es.
Tunc incipiens petrus expoſuit eis ꝑ ordi-
nem oſtenſam a deo ſibi viſionē. ⁊ quō ap-
paruerat angelus cornelio. Et in tota ꝓſecu
tione nō addidit niſi vnū verbū quod dictū
eſt cornelio. Mitte ⁊ accerſi ſimonem q̄ co-
gnominat̄ petrus vbi addidit.qui loquet̄ ti
bi ṽba in quib⁹ ſaluus eris tu ⁊ vniuerſa do
mus tua Et ex eo quod ſtatim ſubdidit.cecī
dit ſpiritusſanct⁹ ſuꝑ eos ſicut ⁊ ſuꝑ nos ab
initio: preſumit̄ ꝙ ſuꝑ cornelium ⁊ familiā
ſuā deſcenderit ſpūſſanct⁹ in linguis igneis
ſicut deſcēderat ſuꝑ apoſtolos die penteco-
ſtes. Et tūc inquit recordatus ſum verbi do
mini.qd̄ nobis dixit. Joannes quidē bapti
zauit aqua. vos aūt baptizabimini ſpūſan-
cto. Uidens hoc impletū in cornelio ⁊ in fa
milia ſua. Audita petri excuſatiōe multipli
ci deſtiterūt ab increpatiōe ei⁹.⁊ gratias ege
rūt ſaluatori.⁊ ita impleta ē ꝓphetia iob. Ab
aquilone veniet auꝝ: ⁊ ad deū formidoloſa
laudatio. Id eſt ꝓ cōgelatione infidelitatis
gētiles cōparabiles aquiloni q̄ in tenebris
erāt.i.in cecitate animi ꝑcipient lucē fidei ꝑ
quaꝝ illuminatiōe dirigit̄ ad deū formido-
loſa laudatio.q꞉ ꝑ inopinata ⁊ repētina gen
tium cōuerſione fideles de iudea timentes
glorificauerunt deum.

De continuatione hiſtorie.

Capl'm.LV.

Nunc redit hiſtoria ad or-

dinem ſuū. Qd̄ eīm interſertū eſt
de philippo petro ⁊ ioanne ⁊ pau
lo.poſtq̄ ſupra dictū eſt. igit̄ q̄ diſperſi erāt
pertranſibāt euāgelizantes verbū dei. qua-
ſi incidens fuit. Proſequit̄ ergo in hūc mo-
dum. Et illi qui diſperſi erant a tribulatiōe
que inceperat a morte ſtephani ꝑambulaue
runt vſq꞉ ad phenicē prouinciā ſyrie occidē
talem ⁊ cyprum.nemini loquētes verbū ni-
ſi ſolis iudeis. Erant aūt quidā cum eis de
cypro ⁊ cyrene Qui cū introiſſent antiochiā
loquebant̄ ad grecos. annūciātes dominū

ieſum. ⁊ erat manus dn̄i cum eis. Et multꝰ numerus credentiū ꝯuerſus ē ad dominū. Sup hūc locum dīt Beda: qꝛ poſt reuelationez ſyndonis cepit eccleſia creſcere. Unde cōijcit ꝙ ſpeciē ſyndonis vel lintei vidit petrus in viſiōe: cū alibi dicaꝛ vas fuiſſe, alibi diſcus. Delatū eſt aūt ad aures eccleſie que erat hieroſolymis de cōuerſione antiochenorum, ⁊ volentes plene certificari: miſerūt barnabā in antiochiā. Qui cū veniſſet ⁊ videret gratiā domini: gauiſus eſt ⁊ exhortatꝰ eſt om̄es vt in ꝓpoſito cordis manerēt in domino: qui erat vir bonus plenus ſpirituſancto ⁊ fide. Et dīt ſup hunc locū rabanus barnabam ideo multipliciter cōmendatū ne putetur ꝑ indignatōe ſua amiſiſſe apoſtolatū. Et erat rabanus in ea opiniōe ſm̄ quā dicitur, barnabas ille ſup quem proiecta ē ſors cū matthia, poſtea tamē cū paulo in apoſtolatū electus eſt. Nos aliā ſequimur opinionē. Uidēs aūt barnabas ꝙ nō ſufficeret ad erudiēdā tantā multitudinē: venit tharſum vt quereret ſaulū, ⁊ inuentū perduxit antiochiam: ⁊ ꝑ annū conuerſati ſunt ibi, ⁊ docuerūt turbam multā. Et tūc primo ſequaces chriſtiane religionis a chriſto capite denominati ſunt chriſtiani, ꝗ prius dicebanꝛ diſcipuli, ⁊ fuit inſtitutio gentiliuz ſatꝫ elegās. Uiſum eſt em̄ incogruū ⁊ indecens gentilibus ad fidem cōuerſis, ſequaces chriſtiane religiōis cōmuni nomine cenſeri. Sed potius denominādos eſſe a nomine magiſtri, ſicut in ſectis philoſophoꝝ ſequaces denominabanꝛ a nominibꝫ magiſtroꝝ, vt ab epicuro epicuri. In his autē diebꝫ ſupuenerūt ꝓphete a hieroſolymis antiochiā. Et ſurgēs ex eis vnus nomine agabus ꝓphetauit per ſpirituſanctū famē futurā in vniuerſo orbe terrarū, ⁊ maxime in iudea que facta eſt ſub claudio: ſcilicet quarto anno claudij.

De collecta pauperibus facta
Capitulum. LVI.

t

Hunc propoſuerūt diſcipuli facere collectam vt daret vnuſquiſqꝫ ꝑ modulo ſue facultatꝭ, ⁊ mitterent aliquid pauperibꝫ qui erant in hieruſalem, qui venditis om̄ibꝫ poſuerant precia ad pedes apoſtolorū vt premunirent eos cōtra famem. Et tunc primū facta ē collecta in vſus pauperꝝ ꝗ miſſa eſt ꝑ barnabam ⁊ paulum in hieruſalem.

De morte iacobi minoris.
Caplm. LVII.

e

Eo tēpore miſit herodes rex manꝰ vt affligeret quoſdā de eccl'ia. Occidit āt iacobū fratrem ioannis gladio. Ut aūt intelligaꝛ locus iſte de quo ſcꝫ herode ſit accipiendū, expedit ad tempus ꝑtermittere hiſtoriam actuū apoſtolorū: ⁊ pſequi hiſtoriam rhomanoꝝ imperatorū. Non eſt putādum hunc fuiſſe herodem tetrarcham qui cognominatus eſt antipas, ſed herodez agrippam. Ille em̄ non fuit rex ſed tetrarcha. ille ſcꝫ filius magni herodis: ꝗ ꝯſenſit pilato de nece domini: qui remiſit eum ad pilatū indutū veſte alba: qui iam deportatus fuerat in exilium viennā, ⁊ ibi mortuus eſt. Pilatꝰ ergo mortuꝰ iam erat: qui vt a principio huius hiſtorie pretaxatū eſt. anno. xix. imperij tiberij ceſaris erat ꝓcurator iudee vitellio ꝑſide ſyrie. ⁊ accuſatus eſt in multis apud tiberiū. Accuſatꝰ eſt a iudeis de violenta innocentum interfectione. Accuſatus eſt etiaz ꝙ iudeis reclamantibꝫ ponebat imagines gētiliū in templo. Accuſatus eſt etiaz: quia pecuniā repoſitā in corbonā redegerat in vſus ſuos: inde faciens aqueductū in domū ſuā. Et ꝑ his om̄ibꝫ deportatꝰ ē in exiliū lugduni vnde oriundꝰ erat: vt ibi in opprobriū generis ſui moreretꝛ. Uide qꝛ muſac erat arca in qua reponebanꝛ donaria regum vel ꝑncipum. Corbonā in quo reponebantur donaria ſacerdotū ad reficiēda ſartatecta templi. Hazophylatiū in quo reponebanꝛ donaria tranſeuntium.

Quis fuerit ſubſtitutus procurator mortuo pylato.
Caplm. LVIII.

m

Mortuo pilato ſubſtituit vitellius fratrem ſuū ꝓcuratorē iudee. Et volēs placere iudeis ſatiſfecit volūtati eoꝝ in quibuſdā. ſcꝫ de amotione caiphe. ⁊ promotōe filij anne: qꝛ ad petitionē eoꝝ amouit caipham a ſacerdotio: ⁊ ſubſtituit filiū anne qui iam mortuus erat. reddiditqꝫ ei ſtolam ſcꝫ illā ſolennē ⁊ antiquā quā debebat hr̄e ſacerdos in poteſtate ſua: vt ea vtereꝛ in feſtiuis diebꝫ. Pi

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN